Orō de sca virgine maria. Dn̄s regnū Eulog. 2

Oſſtimiſ anglorum dn̄a. o ihu mi piiſſima. p tuā lamtacōem ⁊ p illas beatas lacrimas. qb; tuū planxiſti unicū crucifixū letifica me ī hora mortis mee. et p recordatōne p̄cioſe mortis amantiſſimi filij tui. ipſi me reſpicita ī vita ētna.

D̄s qui btm michaelem archanglm electōnis tue p̄ſſis De ſ̄ mychaele Amē. conſtituiſti p̄ncipē. p̄ſta q̄s. ut quē nob' dediſti ſalutiſ ducem ī ꝯtra adūſa oīa ſemp tribuas defenſorē. p. D̄s cui' claritatis fulgore beat' mychael archangel' p̄cellit agminib; angloꝝ. p̄ſta q̄s. ut ſicut ille dono tuo p̄ncipatum meruit poſſidē celeſtē. ita nos ei' p̄cib; uitā obtineam' ētnā. p. De ſ̄. Joh ev.

Iohannes dī gra. ſbtil' ut aqla. ipō me fonte ſacia. cui' potaſti flumīa. Qui tibi mrem ſociat. ⁊ celi clauſtra reſerat. mee parcat miſie. tui p̄cat' munere. Am̄.

Obſecro te beate andrea apl̄e ⁊ martyr xp̄i. ītcede p me. De ſ̄. Andrea. Or. ad dn̄m dm̄ tuū. ut ipē q̄ te uocauit de mari. ut faceret piſcatorē hominū. q̄uiq; donauit ⁊ ſufferenciā crucis. te adiuuante ꝯmunet me. ī partem electoꝝ piſcium. tribuatq; m̄ cū gemino affctu. dilcōnis dī ⁊ ꝓximi. crucē ſuā ferre. quatin' mortificatū int' ꝯcupiſcencie carnali. omīq; pccoꝝ vinclo ſolutū. celeſtiū gaudioꝝ faciat eē participem. Am̄. V. Orō ſalubrima qm̄ qui intimo corde cotidie dixerit. confidat bam mariā ī oīb; anguſtijs ⁊ ī obitu ſuo. p eo apud filium ſuū intercessuram.

O gloſiſſima virgo maria. qm̄ ineffabilem grām apd̄ dn̄m inueniſti. que ab archangelo cū ſumma reuerencia ſalutari meruiſti. Qm̄ magna multitudo diuine dulcedinis cordi tuo ⁊ utero infuſa eſt. qm̄ dixiſti. Ecce ancilla dnī. fiat m̄ ſcdm̄ uerbū tuū. ⁊ mox ad illam pleniſſimā fidem ⁊ caritatē. dī filiū ex ſp̄u ſcō ꝯcepiſti. Unde merito omiſ creatura. cū ſūma grārū actōne te bñdicē ⁊ reuerentiſſime ſalutare debet dicēs. Aue cū venia g. p. d. t. b. t. ī mu. ⁊ b. f. v. t. am̄. Beat' venter tuus q̄ portauit xp̄m ⁊ bā vbā tua q̄ lactauert dn̄m ⁊ ſaluatorē mūdi. P hāc gr̄e plenitudinē te obſecro. ut m̄ uere fidei. et ſpei dilcōis grām a dn̄o impetrare digneris. am̄. O beatiſſima mater qm̄ ſumma bndcōnis dulcedine fuiſti plena. qm̄ eundē filium tuū pepiſti. O uere ſuauiſſima vbera quib; ipm̄ lactaſti. q̄ panis eſt angloꝝ. O uere bīſſima labia quib' illi melliſluo ori oſculum prebuiſti. O uere felicissimi ocli q̄b; ipm̄ vidiſti in q̄m āgli deſidant pſpicē. O uere ſcīſſima brachia quib' eum amplexari meruiſti. O q̄to iocūditatis int' hec omīa habuiſti. Unde digna es qm̄ oīs creatā ueneret' ⁊ ſalutet dicēs. Aue maria. cū venia Bs uent. P hui' ardentiſſimi amoris delicias. tibi ſupplico. ut me cuſtodias ī eternum. am̄.

O Regina miſecdie. q̄ntā leticiā ꝯcepiſti. qm̄ filiū tuum poſt reſurrectōnem ſuā uidiſti. ⁊ p̄cordialia viſcera tua q̄ paulo ante

poſt ho

gladi⁹ doloris ptransierat. suauitas immensa refecit. Per hac inestimabile gaudiam precor te. ut in uere compunctionis affectum. et eterne consolationis remedium a domino impetres. tibi digne omnis facta debet salutationem illam dicere tenetur.
cum venia
Aue maria. Benedictus uentris. O clementissima aduocatrix. quam iocunda erat illa cordis tui exultatio. quando benedictus uentris tui fructus ihesus christus te presente et uidente cum summa gloria in celum ascendit. et natam quam de te sanctissima et purissima assumpserat. ad consessum patrie dextere eleuauit. et in tantum ipsam honorauit. ut omnes celorum dignitates eam prospicere. eam venerari et adorare gaudeant. Vnde ab omnibus honorari et salutari meruisti.
Cu venia
Aue maria. Beatus uentris. Per hoc inenarrabile gaudium oro te. ut in tuo seruicio me bene perficere et feliciter consummari facias. O celorum decus et regina quam copiosam et omni humano cordi incomprehensibilem leticiam habuisti. quando idem filius tuus. totus desiderabilis et festiuus. cum summa angelorum et sanctorum iubilatione de hoc seculo te assumpsit. et spem glorie sue quam ardentissime ex totis medullis desideraueras. tibi in eternum uidendam presentauit. et in dextera sua thronum gloriosissimum super omnes celorum ordines tibi statuit. Sic enim decuit benignissimum filium. te amantissimam matrem super omnes honorare in celis. que super omnem humanum affectum maternam curam ei exhibuisti in terris. Vnde vere digna es quam omnis angelorum exercitus et hominum deuotio veneretur et benedicat dicens.
Cu venia
Aue maria. Benedictus uentris. Rogo te misericors consolatrix. ut propter hec quinque uerba gaudiorum que ad laudem tuam vice quinque vulnerum filii tui decantaui. in obitu meo animam meam clementer suscipias. ab omnibus inimicis eripias et apud tremendum iudicem pro me interuenias. vultumque filii tui et decorem glorie tue in perpetuum ostendas. Amen. Confido dulcissima nostram gratiam tuam in non defuturam a qua nemo umquam excludi potuit. qui fideliter eam postulauit. Tu es que celis gloriam intulisti. angelis leticiam multiplicasti. Tu terris benedictionem infudisti. tu hominibus gratiam et salutem obtinuisti. Que gratia vniuersorum saluti benedictionis plenitudinem accepisti. obtine peccatoribus veniam. incredulis fidem. periclitantibus salutem. mestis consolationem. bona agentibus perseuerantiam. in malis degentibus penitenciam. cunctisque fidelibus defunctis. uitam pariter et requiem sempiternam. Amen.

Oro ante communionem.

Summe sacerdos et uere pontifex. qui te obtulisti deo patri hostiam puram. hostiam immaculatam. in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus. rogo te per sacrosanctum mysterium corporis et sanguinis

tui quem cotidie in eccleſia tua paſcimur et potamur. abluimur et ſanctificamur. atque unius ſumusque diuinitatis participes efficimur. da mihi uirtutes tuas ſanctas quibus repletus bona conſcientia ad altare tuum accedam. ita ut hec celeſtia ſacramenta efficiantur mihi ſalus et uita. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto et benedicto. Panis quem ego dabo. caro mea eſt pro mundi uita. Si quis manducauerit ex hoc pane. uiuet in eternum. Panis dulciſſime ſana palatum cordis mei. ut ſentiam ſuauitatem amoris tui. Sana eum ab omni languore. ut nullam preter te ſentiat dulcedinem. Panis candidiſſime habens omne delectamentum et omnem ſaporem ſuauitatis. qui nos ſemper reficis. et in te numquam deficis. comedat te cor meum et dulcedine ſaporis tui repleatur viſcera anime mee. Manducat te angelus pleno ore in patria. manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo. ne deficiat in uia. tali recreatus viatico. Panis ſancte. panis viue. panis pulcher. panis munde. qui deſcendiſti de celo et das uitam mundo. veni in cor meum. et munda me ab omni inquinamento carnis et ſpiritus. Intra in animam meam et ſanctifica me interius et exterius. Eſto tutamen et continua ſalus corporis et anime mee. Repelle a me inſidiantes mihi hoſtes. Recedant procul a preſentia potentie tue. ut foris et intus munitus. per te recto tramite ad regnum tuum perueniam. vbi non in myſteriis ſicut in hoc tempore agitur. ſed facie ad faciem te videbimus. cum tradideris regnum deo et patri. Tunc me de te ſaciabis ſacietate mirifica. ita ut neque eſuriam neque ſitiam in eternum. Amen. Hic memor eſto confratris tui. pauperis Johannis.

Orationes quibus quemlibet ſanctum. vel ſanctorum plures. aut omnes potes inuocare.

Sancte N. apoſtole Chriſti inclite. vel martyr. aut confeſſor. intercede pro me peccatore. et pro omnibus ex debito familiaritatis et conſanguinitatis mihi coniunctis. Specialiter tamen pro illo et illo N. non ſolum pro omnibus fidelibus. ut dominus et ſaluator noſter perficiat in nobis voluntatem ſuam. confirmetque corda noſtra in catholica fide. firma ſpe. et uera caritate; auferatque de cordibus noſtris omne genus diabolici erroris. et numquam det ei poteſtatem in anima aut in corpore meo uel alicui homine chriſtiano. ſed ab omnibus eius inſidiis liberatos. nos perducere dignetur ad ſanctorum ſuorum ſecuritatem. conſortium et quietem. Qui uiuit et regnat cum d. p. in u.

Vnum ſuper. Oratio ad dominum directa.

Queſo domine deus omnipotens ineſtimabilem ſuauitatis tue clementiam. ut per merita ſancti N. apoſtoli. martyris. aut confeſſoris tui. inchoata in me bona perficias. quicquid in me tibi diſplicet repellas. a cunctis que me ſuperſtant tribulationibus et iniquitatibus ac diuerſis malis eripias. cogitationes meas. locutiones pariter et actus in tua voluntate dirigas. inter aduerſa me et proſpera confortante ſemper et ubique cuſtodias. A ſubitanea et improuiſa morte clementer me protegas. finem meum notum mihi facias. horam exitus mei ab hac preſenti uita. aliquo tibi placito modo me preuidere permittas. et ad tue viſionis deſiderata gaudia quantocius perducas.

Oratio ante celebrationem miſſe.

Domine ihesu chriſte fili dei uiui. Qui uiuis et regnas. propitius eſto peccatis noſtris et negligentiis infinitis. precibusque et meritis glorioſiſſime genitricis tue. perpetue virginis marie. beatorum N. et omnium ſanctorum tuorum concede nobis miſeris peccatoribus. ſacratiſſimum corpus et ſanguinem tuum perfecte conſcientie reuerentia tractare. et digne percipere. ut nobis et omnibus amicis noſtris ſpiritualibus et carnalibus. atque benefactoribus noſtris. nec non et omnibus fidelibus viuis et defunctis proueniat ad ſalutem. Amen.

MDX

Universis Christi fidelibus presens autenticum inspecturis. ...
um. Quoniam ut ait sapiens. Qui miseretur pauperis feneratur domino / oportet
tem eis mittere. qui relictis omnibus in voluntaria paupertate delegerunt domino d
ad lucrum expendere cupiens. et intendens. secundum facultatem possessiuncule mee
mittere. ut ex hoc ipsum largitorem bonorum omnium habere merear deb
parte predicti patris mei iam defuncti. quam etiam ex parte Richmudis m
legitime me contingit. tribus monasteriis et eorum conventibus videli
citate cordis mei letus offero et libere confero. ut post obitum iam dic
tum libere deserviat. tali modo. quod videlicet procuratores et cellarie d
mee ad eadem monasteria devoluta fuit. equis portionibus perpetuo rec
tem matris mee vixero in die assumptionis gloriose virginis serviat an
cognati mei fratris Henrici quondam in Veteri Monte cellarii. qui ad op
ut eo die mei et ipsius parentum memoria fiat. sicut a prefatis conventibus
non ipsam hereditatem poterunt vendere vel distrahere. sed sicut condictum est in sol
meos patrios revolvetur. Ut autem super hiis in posterum nullus dubietatis s
bescente presens autenticum sigillis venerabilium virorum qui sunt dominus Embric
Theodericus abbas de Veteri Monte, ordinis Cistercienis, dominus Fredericus decanus et Magister Richwinus scola
bur perpetuum et in continuam firmitatem. superaddito nichilominus m
providerim et posteris meis omnis altercationis et calumpnie aditum intercludi
eorundem dignum duxi inserendum. ut hec mee donationis pagina
Quinto kalendas Aprilis coram testibus preordinatis et prescriptis. quorum sigi
sunt et alii testes quorum hec sunt nomina. Symon prior de Vet
supradictis. Matheus sacrista. Godefridus succentor. Henricus notarius

Post missam. vel sacram communionem. dicatur hec oratio

Gratias ago tibi domine Ihesu Christe. quod me miserrimum peccatorem consolari dignatus
es sacrosancto mysterio corporis et sanguinis tui. quod quaeso non sit mihi reatus ad penam. sed inter
cessio salutaris ad veniam. et dux. et viaticum. et lucerna lucens et illuminans a
nimam meam. et animas omnium fidelium vivorum et mortuorum usque ad conspectum maie

Deus qui sanctos tuos mirabiliter te ipso reficis. da nobis supplici ... Ave. Am
cantibus ut tua sancta genitrix virgo semper Maria et sanctorum virginum undena mi
lia cum earum sociis et sancti tui omnes a cunctis angustiis nos ubique protegant. et post vite
terminum ad suum consortium per te nos perducant. Qui vivis et regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti deus.
In elevatione hostie. Tu rex glorie Christe usque in finem. Vel Ihesu nostra redemptio
Vel item Ave rex noster fili david